

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Humilitas ac  
cum fonte primo

→ Servatas consummat, nam UIRTUS IN INFIRMITATE, hoc est in humilitate, PERFICITUR.  
Inimicam omnis gratiae, omnisque initium peccati debellat superbiam,  
et tam a se quam a ceteris virtutibus superbam illius propulsat tyrannidem. Siquidem  
cum ex aliis quibusque bonis virium magis suarum capere soleat incrementum superbia,  
← sola haec omnium propugnaculum quoddam turrisque virtutum, eius fortiter resistit malitiae,  
obviat praesumptioni.

Cum ex aliis quibusque bonis uirium magis suarum capere soleat incrementum superbia,  
sola humilitas omnium propugnaculum turrisque uirtutum eius forsitan resistit malicie,  
obuiat presumptioni.

Bernardus in epistola.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistula de moribus et officio episcoporum*, 17 (SBO 7,  
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.113-14, ll.23, 1-6).